

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

53. Stando in opinione, quod licitum sit absque prævia correctione deferre delicta fratrum Prælato ut Patri, quærizur, quid possit facere Prælatus cum subdito sic delato? Ex p. 7. tr. 3. res. 46.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# De Correctione Fraterna. Ref. LIII.

311

Castro Palao. Quilibet potest ob honestos fines detinuntur in fama & honore pati, ut ex communione sententia suppono etiam Dominus non sit famæ propria, & honoris. Ergo potest renuntiare ius, quod habet, ut sibi fama integra conferuerit in correctione ob honestos fines, quales sum maior spiritualis correcti profectus, maiorque securitas à recidivo, submissio, & humilitas propria, integritas communis. Negari enim non potest Religiosos maiori circumspectione processuros, si sciani peccata propria occultata a quolibet scientie extra confessionem, vel gratia petendi auxilium, esse superioribus manifestanda omnia correctione, securiores esse à recidivo, & communitem magis indemnem feruari. Ergo ob huiusmodi honestos fines possunt famæ detrimentum pati. Cōfīmo, si proximus ob fines supradictos manifestaret proprium peccatum Prelato, nomine laudandus est; Ergo etiam si ex consensu ipsius eius peccatum superiori manifestes ob supradictos fines opus laudabile facies. Tandem si proximus iam famam apud Prelatum amiserit, tēcē posse cū illo agere de eius peccato, si in tali trāctione operaris ex bono fine. Ego idem videtur dicendum, quando ipse proximus non vult feruare suam famam apud Prelatum, sed iusta de causa tibi facit potestatem eius.

2. Ad argumenta verò Petr. de Lorca solidè responde: Coniach disp. 28. de Char. dub. 12. per tot. & Hurtad. & Cafr. Palau vbi suprā. Nec te tēreat iudicium Salmanticensis Academie adductum, nam ad illud respondet Hurtadus loco, cit. sect. 1 i. §. 102.

3. Sed post haec scripta inueni Duallium in 2. 2. D. Thom. tr. de Correc. q. 9. art. 5. hanc pertractare difficultatem & post multa hac astferere. Quando proximus, qui peccauit ita est comparatus, ut priuata mea monitione, probabiliter debeat à peccato refūscere, eiūque peccatum nullum communitiati Congregationis dannum infert, ordo correctionis fraterne feruandus est, vt scilicet prius priuatum moneatur, quā ad Superiorē publice deferatur. Ratio est, quia in Religionibus, in quibus vigent tales conſtitutions, pricipue attendunt salus communitiatis; que quidem per peccata Religiosorum evidenti periculo exponitur, tum ratione exempli; quod enim ab aliquo impunē fit, ab aliis facile attentatur; tum ratione infamiae, quatenus nempe peccata illa, si non statim puniantur, secularibus breui innotescunt: quod in praudiūcum maximum ipsius Religionis cederet. Quando ergo haec incomoda, & pericula celiſtātē aut probable est, me, priuata mea monitione, his omnibus obſtitutum, non debeo priuatam monitionem omittere: equidem, vt diximus, si in aliquo casu ordo Evangelicæ correctionis obliget, maximē in isto casu debet obligare, in qua mea priuata monitione admodum profutura, & peccatum proximi nulli in communitate, aut extra est obſtūrum.

4. Sed quia Regulariter loquendo, vix potest haberi moralis certitudine, quod peccata Religiosorum non debeant communitiati, aut alicui tertio documen- tum aliquod inferre, sicut, & quod mea priuata monitione emendabitur: ideo non est improbanda illa Religionum quarundam constitutio, qua peccata occulta, omīsa, priuata monitione deferri debeant ad Superiorē: quod non tantum de leuioribus, sed etiam de grauioribus, & mortiferis peccatis intelligitur. Primum ex Basilio in regulis suis dispicatis, in terrag. 26. vbi propter maiorem humilitatem, & perfectionem sui abnegationem, iubet Religioso, arcana sua cogitationes suo superiori detegere, nulla habita ratione, quod Religiosus seipsum orationibus, & mortificationibus sponte assumptis iuare posset: ergo à pari legitima est illa constitutio, qua Religiosus peccata occulta sui fratris superiori tenetur dete-

gere, etiam si eum prius secretō non monuerit. Ita Duallius; male igitur contra talem constitutionē Societatis recentiores aliqui obnurmurati sunt, quos detergere debebat Bulla Greg. XIII. quam adducit Coninch, & Hurtadus omnino videndi, & Eminensissimus Dominus meus Cardinalis de Lugo testatus est mihi, Andream Pacheco Inquisitorem Generalem damnasse per editum Martii die 13. Novem. 1624, hanc propositionem in quibdam Thesibus apposita. Nullo modo licet peccata denunciare Prelato patri, omīsa propria admonitione secreta.

## RESOL. LIII

*An stando in opinione, quod licitum sit absque pena correctione deferre delicta Fratrum Prelato, ut Patri queritur, quid possit facere Prelatus cum subdito sic delato? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 46.*

§. I. **A**d hoc dubium respondet Ludovicus Caspensis in Cursu Theol. tom. 2. tract. 17. disp. 6. sect. 3. n. 35, vbi sic ait. Ex his infertur, ex denunciatione paterna, non posse Prelatum procedere judicialiter, & delinquentem punire, ut tenent communiter Doctores; esset enim contra ius peccatum secretō manifestū ad correctionem per penitentiam evulgare. In delicto verò graui, pricipue si probari potest; bene potest Prelatus procedere ad penitentiam aliquam lecerat, quā magis sit correctiva, & preferuativa delicti, quam punitiva, ut docet Sotus de tēgen. secret. memb. 2. qu. 4. Similiter poterit Prelatus subditum à loco, vel ministerio aliquo remouere, quando munus ex solo nutu superioris pendet, & potest fieri sine infamia illius, attentione prudenter omnibus circumstantiis. Similiter poterit Superior cum suis Consultoribus agere ea de re, quando id iudicatur necelarium ad remedium adhibendum, & coram illis aliquando monere, & secretō corrigerre ipsum delatum; quia in hac manifesteratione utilitatem spiritualem delinquentis respicit, ut tradit Turrianus disp. 8. 9. dub. 4. Imo & designare subdito delinquenti sicutum fidelem, qui eius actiones exploraret, & referat superiori, ut tradit Bañes 2. 2. q. 23. art. 3. dub. 1. Hoc enim spectat ad officium Prelati, qui tenet vitam subditorum inquirere, quia cura eius commissi sunt, & pro eis rationem est redditurus. Deinde si ei moraliter constet de delicto subditi, saltem per delationem vnius testis omni exceptione maioris, potest grauior subditum reprehendere, etiam coram duobus, vel tribus, testibus, & penitentiam aliquam iniungere, & etiam sub excommunicatione ipso factō incurrienda pricipere, ne talem locum suspectum aeat, vel ne cum tali persona loquatur; hæc enim omnia, ut tradit Cafr. Palau tr. 6. de char. disp. 3. pur. 1. 2. non excedunt paternam correctionem, & semiplenaria probatio delicti sufficiens est ad illa praestanda, ut etiam notavit Suarez de Relig. lib. 10. c. 10. & 12. Deinde addit, si delatum sit in damnum communitatis, vel tertij, & via denunciationis paterna nequit ei remedium sufficiens adhiberi, posse Prelatum pricipere delatori, ut relicta denunciatione paterna ad judiciale transeat; posse etiam creare Fiscalem, qui denunciatoris officium sumat, & facta per illum denunciatione, examinare delatorem tanquam testem qui veritatem teneat fateri, & facta hac testificatio procedere ad examinandum delinquentem, quod est valde notandum pro modo procedendi Prelatum in delictis que veigunt in damnum & pernicie communitatis, ut amplius constabit ex dicendis seq. Hueusque Caspensis.

a. Addunt

<sup>2.</sup> Addunt etiam supradictis Bañez, & Turrianus, posse Praelatum facio significare aliquam malam de subdito suspicionem habere: dicendo, obserua illum, si iam apud Praelatum subditum diffamatus sit, fecus est contra; secundum dicunt posse sic designatum non praemissa correctione delictum fratris superiori, ut patri deferre. Vtrumque dictum non vindicatur probat Castrus Palauus *tomo. 2. tract. 6. disp. 3. punct. 11. num. 9.* Et haec omnia dicta esse volo secundum mentem dictorum Auctorum.

## RESOL. LIV.

*An si frater sit emendatus, possit quis illum Praelato ut Patri denunciare, ut sic securus sit, ne in posterum labetur?*  
Et quid, quando adgit periculum relapsus? Ex p. 7.  
tr. 3. Ref. 49.

**S. 1.** **A**ffirmatiuam sententiam docet Jacob. de Graffius in *decis. tom. 1. lib. 2. c. 68. num. 18.* vbi sic ait. Animaduertendum est, quod frater delinquens non tantum denunciandus est Praelato pio & discreto, atque spirituali, sicut priuata persona, ut emendetur, sed & vt emendatus praeferari possit a recidivo, si tamen per signa valde probabilita credetur, quod ex illa denunciatione fratrem correctum Praelatus infamare vellet, tunc crimen occultum fratris iam veraeiter correcti ei denunciati non deberet. Ita ille, qui citat Gabriel. Et hanc sententiam teneret etiam Richard. in *4. disp. 19. art. 3. q. 1.* Angel. verb. *Denunciatio*, &c. 10. & alij, qui talis denunciatio vallet ad praecaudendum fratrem a recidivo, & nihil ei obest, cum Praelatus aduersus illum non possit ad punitionem procedere.

**2.** Sed ego sententiae negatiæ adhæreo cum Adri-an. Palud. Nauar. Soto, & aliis quos citat & sequitur Greg. de Valencia *tomo. 3. disp. 3. q. 10. punct. 5.* Probatum primò ex illis verbis Domini. *Si te audierit, lustraveris fratrem tuum,* quasi dicat nihil superest amplius, sed ibi erit sistentium, ut confueretur fama fratris. Secundò, nam ut rectè cenfet Adrianus, sicut grauius est diffamari apud gratuum, & honestum virum, quam apud alium, ita & apud Praelatum. Quilque enim magni facit bonam existimationem sui apud suū Praelatum: Igitur minimè debet laedi fama proximi apud Praelatum, quando id ad finem correctionis non est necessarium, cum scilicet iam est emendatus perficiat admonitionem. Neque fundamentum Richar-di est firmum, non enim pro qualcumque bono spirituali proximi licitum est dammum ei inferre in bonis temporalibus, sed pro eo, quod sit ad salutem necessarium, qualis non est ordinaria illa maior securitas a recidivo. Neque enim efficit licitum eripere v.g. alieni bona sua, & dare pauperibus, ut orent pro ipso, sicut rectè ait Adrian. & patet aliquot sententias August. relatis: *Gratiano XIV. q. 5. prælestern Canone licet Ex hom. 7. Augustini lib. 50. comit.*

**3.** Quid si casu aliquis efficit talis, ut certo, vel probabiliter existimet proximus relapsurus nisi praefeq. § in Ref. teritus eius lapsus indicetur superiori ad eum praeser-  
fecq. §. vlt. & uandum à recidiva, negari non debet, quin id efficit licitum; sicut concedit qtoque Adrianus, & Sotus vbi supra in tr. 1. & insinuat D. Thomas quodlib. 11. art. 13. Ref. 240. per Nam etiam ad eundem finem licet rem indicare cuius alteri priuato fine cunus ope non putaretur quis futurus immunis a relapso: Ceterum hi casus non sunt ordinarij. Quocirca ordinariè quidem falsa est illa Richardi opinio, quam postea sequetus non bene est Graffius. Et idem hanc sententiam, præter Valentianum, & alios ab ipso citatos, tenet Castr. Palauus *tomo. 2. disp. 3. punct. 12. num. 2.* Petr. Nauarra de *refut. lib.*

*2. c. 4. part. 2. dub. 12. num. 686. Petr. de Aragonia in 2. tom. 1. q. 33. art. 7. in fi. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 6. cap. 18. n. 49. & 60. Emanuel Sà verb. Corcella, n. 4. Villalobos in sum. tom. 2. tract. 4. disp. 12. num. 4.*

**4.** Notandum est tamen, quod Filiccius *tom. 2. tr. 28. cap. 8. n. 157.* Bonacina *disp. 3. q. 4. punct. 7. n. 17.* limitant nostram sententiam, modo fratre non existat in periculo labendi, quando vero adit probabile periculum relapsus; respondeo, cum frater in occasionibus peccati innodus sit ut moraliter loquendo iudicetur casurus, nisi ab illis divaricatur. Ex ita docet Palauus *loco cit. n. 5.* Quapropter Petr. de Ledesma *tom. 2. sum. tra. 4. concl. 24. disp. 3. pag. 290.* affirmit, si ficas Religiosum in luxuriam sociabile non ex malitia, hoc est confuetudine, ledet faciliter humana propter occasionem sibi oblatam, ut non debere Praelato denunciare, si à te corrigi posset, quia tunc non censetur esse in probabili periculo credendi. At si ex malitia & prava confuetudine peccat, affirmit denunciandum fore, quia raro presumit emendatus, sed potius in morali periculo iterum, & saepe cadendi versari.

## RESOL. LV.

*An saltum in Societate Iesu frater emendatus sit denunciandus Praelato, ut sit securus sit a recidiva?*  
Ex p. 7. tr. 3. Ref. 50.

**S. 1.** **A**ffirmatio respendet Valentia *to. 3. disp. 3. q. 10. punct. 5.* vbi argumentando extra doctrinam à nobis, & ab ipso in superiori reductione firmatam sic afferit. Ipse proximus potest hic propter qualemcumque maiorem securitatem suum à recidiva, indicare Praelato peccatum suum, de quo iam est emendatus, postponita iactura proprie fuit. Ergo idem poterit alter pro proximo facere ob causam illam proximi utilitatem spirituali.

**2.** Respondeo per distinctionem consequentis, nam si ad id habeat quis proximi consensum, venit est id consequens, & bona consequentia: ut patet ex his, quia disserimus in quinto casu pronempsum quarti. Si autem desit proximi ad id consensus, nullum est id consequens, nec valet consequentia. Nam enim unusquisque sit, vel dominus, vel dispensator famae sue, potest arbitratu suo illius iacturam facere pro qualcumque bono proprio spirituali; alter vero nimis ablique eius consensu. Quemadmodum potest quisque de bonis suis facere elemosynam pauperibus ut pro ipso orent; non autem alter absque eius consensu. Ita Valentia sed ut vius est Religiosi Societas Iesu cedunt iuri sibi conferuanda famae: Ergo possunt Praelato denunciari, ut patri, ut illos a recidiva caueat maiori cum securitate. Et ideo in hanc sententiam videtur consentire Suarez de Relig. *tom. 4. c. 10. n. 1. & 2.*

**3.** Sed his non obstantibus contrariam sententiam tuerit Castr. Palauus *tomo. 2. tr. 6. disp. 3. punct. 13. num. 4.* & Sanchez in *sum. tom. 2. lib. 6. c. 1. 8.* assententes si certò tibi constat proximum emendatum esse, neque periculum probabile habere relabendi, nullo modo posse eius delicta superiori manifestare, ut securus sit, nisi ipse expresse in tali manifestatione consentire, neque consensu in Societate præfinitus ad hunc casum censensus est extendi. Et probat hoc Palauus: nam finis præcipuus in Societate ob cœ mandantur delicta Superioribus deferti, et concilio ipsius delinquentis. Si ergo frater correclus omnino est, & emendatus, neque periculum sit recidiva, nullus finis, ob quem consentit delicta Superioribus deferti.